



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nullus Lipsensis respondet Nemini Wittenbergensi

Cellarius, Johann

[Leipzig], [1519]

VD16 K 702

urn:nbn:de:hbz:466:1-32634



Propositiones de indulgentiis
 Sermo de penitentia
 Resolutioes Disputationum de indulgentiis
 Ein Sermon von dem ablass
 Verlegung & Fugels linder den
 Ein sermon Samend in
 ala Siluestre prioratus con rathh
 Responso Martini ad dyalogu Siluestre
 Responso Siluestre
 Acta Martini Augusti
 Disputatio Ekeij & p[er]d
 Disputatio & responsio Martini con rathh d Ekeij
 Oratio de peccatis
 De ratione disputandi Oratio de peccatis
 Fratrum septa ad durand[um] & alia p[er]d
 Resolutio sup[er] p[ro]p[os]i[t]ione di p[er]d pape
 Alia resolutio de ead[em] p[er]d
 Resolutioes sup[er] p[ro]p[os]i[t]ione di p[er]d
 Oratio lo longi p[ro]p[os]i[t]ione di p[er]d
 Disputatio prima Ekeij & p[er]d di vaba
 ad vaba p[er] notitudo
 Disputatio secunda con rathh
 Disputatio tertia Ekeij & p[er]d
 Epistola philippi Melanctoni de ead[em] dispu
 Responsio Ekeij con rathh philippi
 Responsio philippi con rathh
 Concertatio Guancij & p[er]d
 Epistola Emperij ad Agrippam
 Ad exortatione Emperianu
 De venatione lutheriana

Solomonis doctoris Wittenbergensis
Johannis coronatoris Nulli Wittenbergensis &
Academilicis & alia quorundam
Contra malicium Jo. Eckii Auditorium
Ad Jo. Eckium Epistolam Martini super expungationem
Appellatio Martini Lutheri
Appellatio Praesulen

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116.

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz'sches Katalog 328.

Nullus Lipsensis respondet Nemini Wittenburgensi.

EGO VERO NVLLVS non satis mirari
possum vnde nouū christianorū genus apud
nos exoriatur, Quis enim non videt quantum
examen Phariseorū scribarum et Pseudochristianorum
veluti Niobes ppago nullibi non terrarū exurgat, quid
enī in omnibus terre angulis q̄ inuidia/ira/obtrectacio
Quid frequētius iam videmus q̄ christianū in alterius
christiani perniciē / oī conatu incumbere, q̄ vbiuis ch a
ritas illa Pauli extincta ē/que vt ip̄e refert/omnia suffert/
non est procax / non inflat / nō fastidiosa / non irritatur /
non cogitat malū / Non gaudet de iniusticia / sed congau
det veritati, vbi nunc mutuis est membrorū in vno cap
te Christo nexus, iam qualiscūq̄ iniuriola nexū illū ve
luti Tenedia / vt dicitur / Bipennis dissecat, O proch ho
minū fidē, vbi nunc Christiani nomē est: vbi omnia ira/
obtrectatione / Malevolentia strepunt, Quis nos nō ve
re sepulchra dealbata diceret foris nitidos / intus inuidia/
Ira / Obtrectatiōe sordissimos. Quā vereor ne in nostrū
seculū illud cadat totus mundus in maligno positus est
Quid enim in hoc mūdo est nisi inuidia: vbi proximorū
fortunā tā liuidis oculis videm⁹, q̄tū obtrectationib⁹ / si
multatibus / clancularijs odijs / dentatis apologijs omnia
perstrepunt, quis enī nō videt quāte tragedie ob res vel
Atellanis fabulis / viliores excitentur, quam celū terra
miscatur, si v̄bo acerbiorē alteri in faciē restiteris, iam
nihil prius habemus q̄ vt proximus, noster a prora &
puppi / vt dicitur, intereat, videtis opinor quantis odijs
mutuis in nostris regionibus certetur & quod omnium
maxime detestandū est / clancularijs moribus veluti vi
peræ in viperam hoīes Christiani scilicet inuicē se mor
sulant, culpā omnē in neminē reiicientes / nempe cui satis

A ſ

obesū tergū est vt etiā plaustra cōuiciōrū ferre possit. id
quod nuper in nemine Vuitenbergñ nemo nō cognos-
cere potuit. q̄ queso nemo ille Vuittenbergeñ. Dū vni-
us hoīs stulticiā vlcisei studet tocius Academię lipsensis
adde quod & principis nostri clementissimi auctoritatē
eleuat. Quorsum aut̄ attinebat Dum nescio quē Rubiū
suo/vt dicit̄/penicillo deliniare vult/toti⁹ Academię/prī-
cipis quoq; nri existimationi loliginē offundere. verū ne
ad oīa muti esse videamur/ad pauca rñdere ego Nullus
conabor. principio nemo ille Vuittenbergeñ, pbare nē-
tū Rubiū Sophistarū/eo enim vocabulo ludit/impulsu
has suas Nenas emisisse. Quod tā a veritate abhorret vt
nihil supra. Credas mihi Nemo/Philosophi lipsenses &
prudētiores / & Christianiores sunt q̄ vt Rubiū illum
terre filiū disputationis Lipsie habite scriptorē subornent
Cū Lipsenses nihil plane se huic rei admiscere voluerint.
non ignari rē plenā inuidie esse. adde quod non ignoro
plerosq; Sophistas/eo enim vocabulo ego Nullus vtor
quo & Nemo meus vsus est/nihil vnquā iniquius tulisse/
q̄ quod Rubicūdus Rubius nugas suas eraduxerat/
non ignorantes plerosq; putaturos suorū iporū impulsu
hanc fabulā agi. Quid aut̄ facerent & factum/infectū qui
facere poterant/Rubiū ille emiserat. Exēplaria suppri-
mere nō poterant/cū Bibliopola multa in hoīm manus
dederat. tū sat sciebant neminē tā delipere/ cui mō Do-
ctorū istorū eruditio singularis cognita esset/ quin illius
homīs Baceli nugas p ludo habiturus sit. quandoquidē
ab homine tā Analphabeto vituperarij/maxime lauda-
ri est. vnde Socrates εἰρωνικός ab homine male mone-
te conuictis laceratus/cur nō remorderet rogatus / quis
inquit/in magno discrimine ponat si alin⁹ quēpiam calcie-
bus impetat. quorsum ergo attinebat hoīs vel infania in-
sanioris minis per harma/ vt dicunt/fulgurantibus tan-
topere cōmoueri, & totā Academiā nostrā in suspiciōnē
vocare Quo enī queso Coryceo vsus es Academię cō-
sensu factū esse/ quib⁹ queso cōiecturis id conijcere pos-

Non phi-
losofos
rū lipsen-
siū instin-
ctu Ruz-
beū nuz-
gas suas
emisisse.

Socratis
paciētia

Coryce⁹

tuisi histrionē illū a philosophis nr̄is viris/Quod p̄ te li-
ceat dicere/philosophotatis subornatū, at dices, quis nescit
oēs Lipsenses odio nr̄i estuare? Quid vero audio? hoc cū
disputatio Lipsie ageret/videre potuisti/ quanta similitate
Lipsenses aduersus vos dissiderent/ cū ne vllus quidē
simulacris odor oboleret, Adde qd' q̄s queso vos non iā
intestino odio insectaret/ nisi christiana modestia prohiberet/
cū omni/ vt dicūt/ pede aduersum nos stetit, vestra esset
mutuo conatu lras iam vndiq; sub nascentes pmouere / &
plane contentione quadā / quā Hesiodus optimā esse dicit/
studia erigere & odisse nos gratis incipitis/vni⁹ hoīs
nugis cōmoti lipsēsiū famā in totū labefactare contenditis,
credite mihi Rubiū illū sua ipsius stulticia cōpulsū
vt Abortiuas suas nugas ederet, Argumenta tibi nulla
restant quib⁹ cōvincere potes philosophorū instinctu
admissum, nisi forsitan in somno quēadmodū Mycillo
Lucianico aureū Somniū obuersatū sit, Ceterū qd' lipsēses
philosophos, Sophistas appellas nescio qd' te mouerit, An
Vuitēberge nisi veri philophi et oratores agūt? quod qui
probare velis nō intelligo, cum nescio quot sectarū
philosophicarū examina Vuitēberga pducat, Hic enim
Thome sectam mordicus tenet Ille p̄ Scoto quasi pro aris
& focis digladiat/nos aut vnum habemus philosophū
Aristo, quē p̄ oīa sequimur/cuius libri publico stipendio
profitemur, num igit vide an Antistrophōtē in te
retorquere possim/te tuo/vt dicūt gladio Iugulans,
Quis queso magis σοφιστεῖν solet qui ex fonte ipso
philosophiā haurit q̄ qui circa riuos cōsenescit Aristotele
fontē philosophiē quis negat mō naturalium rerū
cognitionē intueari/qua oib⁹ citra cōtrouersia antecellit
quāq; nō ignoramus Platonem quantum ad diuinarū
rerū & ad fidei nostre orthodoxe aliquam cognitionē
spectat Aristotele multo interuallo post se relinquere
vt doctissim⁹ Cardinalis Bessarion quatuor libris doctissime
disputat, Sed hæc extra viā, Quid queso te neminē
mouit quod philosophos nostros Sophistas hoc ē

Mycillo
Lucianico
cus.

Author
diuus
Hieroni.
in lib. de
vita deo
dicatarū.
virginū.
Quo Aristoteles
platonē
prestat.

philosophie umbratice quasi qualdam umbras appellas.
At dices Sophistas cur non appellam? cum tam infantes
sint ut vix semel quod volunt elegantibus verbis adornare
possint. At profecto hoc cum multis commune habent, quis
autem queso Cothurnatam eloquentiam in philosopho des-
siderat? satis est si pura si candida si Simpliciter utatur ora-
tione: res enim ipsa ornari non vult contenta doceri, tum
quotus quisque est qui si philosophie se addixerit non elo-
quentie aliquid detraxit. Franciscus ille Picus non pro-
pterea eloquentie fuit aridioris quod plus equo in philo-
sophie studium sese coniecerat. Angelus autem Policianus &
uiuator et flammens magis est oratione quam philosophie stu-
dio gratiam remiserat. non enim fieri potest ut miraculum usque
eloquentis si Aristotelis Euripos exhauriri cogaris, hic est
quam Hermolaus Barbarus Sobriam vult esse philosophi ora-
tionem: Nec propterea Sophista putandum si quis asperius
& conscissius loquatur. Quid ergo habes quod philoso-
phos nostros Sophistas appellas, vel quod non tam per
omnia eloquentia ad miraculum utantur? tu scias hoc ipsis
cum multis esse, tu ipsi infelicitati temporis imputandum esse
in qua nescio que litterarum παραλειθηρια erat. Non est ergo quam
sophistarum crimen in eos iacere possis, tu & hanc clauam
tibi extorquebimus qua adiutus diceres quod non nisi par-
ua logicalia & nescio quas alias & dialecticas & philoso-
phie λεπτολογιας docerent / cum iam illis reiectis veram
philosophiam omnes ambabus / ut dicitur / manibus ample-
ctantur. Eas nunc & Sophistas eos appella. Ceterum quod
scribis literas nascentes retardare. Hoc quis non videt
falsissimum esse, quandoquidem & suo stipendio vtriusque lin-
gue professores adiutare solent quo commodius literas re-
nascentes in pristinum gradum restituere possint, quis igitur te
Neminem non Parthis mendacior esse dicit? Vide igitur quod
tuis illis consultis mendacis efficias, Vide quam tua verba tibi
constent. Vide quantum incendium ex igne paruo excla-
tes, dum Rubij famam eleuare studes / Academiae nostrae
vniuersae notam iniuris nempe quam Barbariae / quasi quada-

Qualis
oro phi

Picus.

Angelus
Policiā?

Proter-
bium.


sentinam facis cū reuera Lipsica nra Academia in vtraq;
literatura floruerit priusq; vestra ferme institueretur. nō
enim plerisq; ignotū est. quendam Clariciū Bononiensē
sem plus ante viginti annos linguam grecā Lipsie docuisse
se/huius grammatica carminibus scripta apud plerosq;
adhuc latet. quomodo tunc vestra Academia florebat;
quantū queso in vtraq; lingua clara erat; que igitur ma-
lum vesania est vestrā Academiā ita immensis laudibus
extollere vt nostra non nisi ludus Cōpitalicius esse vide-
atur. quā tamen olim Illustrissimus princeps Albertus
optiarū lrare p̄sidio p̄stabiluit. et doctissimos quosq; vi-
ros p̄mio q̄si seminario p̄posito in suā Academiā accerse-
bat. Id qd Illustrissimus princeps Georgius a patre quas-
si per manū accepit. q̄ q̄dus admitteret q̄ vt Academie
sue nobilitate defuisse videret. videat igit nemo Vite-
bergensis quorsum sua oratione agatur/qui & toti Aca-
demie & principi nostro clementissimo derogat. dū vni-
us hominis stulticiā viciscitur. Quanto satius fuisset si in
Rubeum Salibus lusisset & Anagyrim reliquā non attis-
gisset. tū si literis fortasse literatis/ qd null⁹ negare potest
Academia sua floreret nostram non in totū labefactaret
quin accingimur gladiatorio plane conatu & studia iam
reuirefcentia mutuo adiutamur/odia deponamus & pl⁹
ingenia bonorū Iuuenū promouebūtur q̄ si ita mutuis
odijs velitatur. Nullus recensuit ex tempore.

Clarici⁹
Bononis-
ensis.

s, abut
rimus,
ddens
di, orn
& ad
nostra
er cele
no die
o pre
vi, ve
ster &
cialiter
uiller
no tā
naliter
s adire
ne nro
osq; cū
Decas
rener
etudi
Acta
& die
o Ma
e eccle
o testis
ubert
dicle

Do
leurs









Th
6116